



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Suspensionis poenam incurrit, qui ante legitimam aetatem sacros ordines suscepit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

presbyteratus ordinem, ut per sacram congregat. fuit decisum sub dict. cap. 2. sub titul. Aceruen. S. potest Episcopus.

23 Susceptione ¶ ordinum pluribus modis huiusmodi incurritur pœna.

24 Primò, cum ante legitimam ætatem sacris ordinibus quis promovetur, & licet sit minor, ¶ tamen recipit ordines, & dummodò sit doli capax, obligatur voto continentia ordini annexo, cap. pueri, & ibi gloss. 1. & 2. 1. quæst. 1. & cap. unio, & ibi gloss. in ver. discretionis, de cler. per salt. promot. sed suspenditur ordinum executio, cap. vel non est compos, & ibi Abb. numer. 3. de temp. ord. in d. est ipso jure suspensa, & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus quis ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatis pœnam incurrit, de qua in constit. Pij II. in Bull. Rom. c. 6.

25 Secundò, ¶ quando sine sui Præsulis licentia ab alieno Episcopo quis ordinatur, cap. quod translationem, eodem tit. cap. 1. & 2. 9. quæst. 2. cap. 1. & 2. 21. qu. 2. cap. 1. & 2. de temp. ordin. in 1. Et tunc ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, taliter promoti sunt ipso jure suspensi, ex dispositione sac. concil. Trident. ubi inquit, ¶ Et

26 quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves in seio proprio pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diocesi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subje-

ctas tantùm, exercere, prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quoscunque ad se venientes etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali characterè insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta rectè valeant ministrare; nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis residere, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ cõmensalitatissuæ, absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promoverè, seu ordinare valeat, contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi, cap. 2. de reformatione. sess. 14. & in suspensione celebrando irregularitatis pœnam incurrit, Pius II. ead. constit. 6.

27 Tertiò, ¶ minus idonei absque præcedenti examine, & commendatitiis litteris promoti, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo Episcopo ordinario videbitur, suspendi, & ne in altari, aut aliquo ordine ministrent,

Yyy inter